



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

L[e]ct[i]o ij

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31634**

quidius sumuntur. **E**cce audistis fratres charissimi quod duo bus discipulis ambulanti bus in via non quidem credentibus sed tamen de se loquentibus dominus apparuit sed eis speciem quaz recognoscerent non ostendit. hoc ergo egit foris dominus in oculis cordis quod apud ipsos agebatur: inuis in oculis cordis. Tu autem **R.** Maria magdalena et alia tera maria ibant diluculo ad monumentum iesu quez queritis non est hic surrexit. sicut locutus est precedet vos in galilea ibi eum videbitis alla alla. **R.** **L**itotes dicite discipule et pe tro quod surrexit dominus Precedet. **I**psi namque apud semet ipsos intus et amabant et dubi tabantibus autem dominus foris et presens aderat: et quis eorum non ostendebat. De se ergo loquentibus presentiam exhibuit: sed de se dubitantibus cognitionis sue speciem abscondit. Verba quidem con tulit: duriciam intellectus increpavit: scripture sacre mysteria que de seipso erant aperuit: et tamen quod adhuc in eorum cordibus peregrinus erat a fide: ire se longius finxit. Tu autem. **R.** Surrexerunt iesus dominus noster stans in medio discipulorum suorum dixit pax vobis alla. **R.** **S**urrexit dominus de sepulchro qui pro nobis pendit in ligno **S**urrexit sunt.

**R**ingere namque **L**ectio tertia. componere dicimus: Unde et compositores lutifigulos vocamus: nihil simplex veritas per duplicitatem fecit: sed talem se eis exhibuit in corpore quibus apud illos erat in mente. Probandi autem erant si hiis qui eum et si nec dum ut dominum diligerent saltem ut peregrinum amare potuissent. Sed quod esse extranei a charitate non poterant hiis cum quibus veritas gradiebatur eum ad hospitium quasi peregrinum vocant. Tu. **R.** **L**ogratulamini omnes qui diligitis dominum: quod querebam apparuit mihi. Et dum flerem ad monumentum vidi dominum meum alla. **R.** **T**ulerunt dominum meum et nescio ubi posuerunt eum si tu sustulisti eum dicito mihi **E**t Gloria p. **E**t **T**edum dicitur per totam ebd. **A**n laud. **R.** **S**urrexit dominus vespere usque ad ascensionem domini in munitatur dum de tpe officium dicitur. **A**d laudes dicitur vna anti. **t**m. an. **S**cio quod iesum querit crucifixum surrexit alla. **p**s **D**ominus regnavit cum ceteris. **E**t nota quod iste anti. ad noctem et ad laud dicitur secundis feriis usque ad ascensionem dum de tpe officium dicitur. et similiter in alijs feriis quo ad suas anti: in noc. et in lau. ps vero in lau. usque post octavam corporis christi non variatur. **S**tatim post psal.